


A 1938 / XIII.

4. Cal:  
1596.

18



TORVS  
REVERENDIS-  
SIMI ET DOCTISSIMI  
VIRI, D. ANDREAE MEDNENSKI,  
*Illustris & Magnifici Domini, Domini STE-*  
*PHANI de BATHOR, & Varnodwij*  
*Pastoris vigilantissimi, Sponsi:*

ET  
PVDICISSIMÆ IVXTA  
PIENTISSIMAEQVE VIRGINIS  
CATHARINAE CAROLIAE, *Reue-*  
*rendi doctissimiq; Viri, CASPARIS CARO-*  
*LII Senioris Ecclesiarum Districtus Abbauy-*  
*dwariensis, filiae, Sponse.*

Conscriptus ab  
Andrea Mudronio Teutolypscheñ.  
Rectore Scholæ Varonowiens.



M. D. XC VII.

BARTPHÆ.

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

24 210



EPIGRAMMA NYPTIIS  
 REVERENDI DOMINI ANDREÆ  
 MEDNENSKI P. VARAN.



Oniugium emplastri simile est; nisi  
 vulnera sanes,  
 Militiæ forsan seu tibi facta domi:  
 Et loca consolides cataplasmate hiantia certo;  
 Occidis ante tuum, morte sequace, diem.  
 Sic, quos armigeri fessere Cupidinis arcus,  
 Si non vulneribus dent cataplasma, iacent.  
 Sed tu, MEDNENCI, catus es, reuerende; salu-  
 Saucius emplastri te bonitate iuuas. (bris  
 Qui vincit pluteis nec aperto Marte triumphat,  
 Ille tuo cordi vulnera fecit, Amor.  
 Ne moriare? malagma tibi est, quod molliùs o-  
 Purificet morbi pus, CATHARINA, tui. (mne  
 Hæc rosea exsanguis faciet rursus Idalis artus  
 Certare aut minio, pulcer Ibere, tuo.  
 Viuite, par Sponsum, cum fœnore, & omine:  
 præstes  
 Tu CATHARIN, verum tu sed amore VIRVM.

M. Ioannes Bocatius P. L.  
 Ludirector Epperiessinus.

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
 /316.18.1/



A  
 A  
 Nost  
 A uson  
 Dulc  
 T antu  
 Quo  
 H aultu  
 Tec  
 A ccipe  
 Accip  
 R arum  
 Sed t  
 I uppite  
 Iuno  
 N æ mi  
 Stab  
 A t tu c  
 Rod



# AD SPONSVM.



Armina proueniunt raucâ testudine quan-  
qua

Nostra, tamen vestri sint monimenta tori: M  
**A** usonii sane meruisses docta poëta E  
 Dulcia Laurigeri millia metra mei.  
**T** antus in ore canor tibi docto: at cum minus D  
 illu  
 Quod volumus liceat, quicquid habemus, habe.  
**H** austum Castalio non paruum flumine flume N  
 Te clarum faciet docta per ora virum.  
**A** ccipe viuacis famæ monimenta patron E  
 Accipe, quæ tædis scribimus heicce tuis.  
**R** arum equidem tanta Sponso pia fœmina, N  
 lume  
 Sed tibi fœmineum, vir venerande, datur.  
**I** uppiter ætherei dominator luminis, isto S  
 Iunonis dominæ munera, sume toros.  
**N** æ mihi mortali vires in corpore done C  
 Stabunt, hunc denui concelebrabo pede.  
**A** t tu qui doctos laceras, tibi dente nocent I  
 Rodere me noli, Zoile, rode alios.

A ij ALIVD.

## ALIVD.

**C**Vm Varnouiaci celebraret sacra marita  
Mednenski cætus Pastor venerandus, ad aras  
Errantes mundi contra vim mole Planetas  
Audiui docto hæc promittere munera Sponso:  
LVNA.

**P**Rimus ait; sum fœmineo vestitus honore,  
Fœcundus, gracilis, naturâ frigidus, albus,  
Vim feriens guttæ, morborum vincula soluens,  
Qui tibi cunque soli viscoso sanguine serpunt:  
Syncerum Sponsæ pro munere cordis amorem,  
Non dubiam sociæ prolem, pia corpora natos,  
Gaudia, læticias, sublimes pectoris ausus  
Grataque coniugij, dum stabit fama marito,  
Liquo tibi: mala nostra malis, omnemq; dolorē,  
Rixas, non rixas, lites, inimicitiasque,  
Insidias, & quo poterint se nubila ferre  
Tempora, conuertam tibi prospera cuncta datur.  
MERCVRIVS.

**M**Ox alius, cydari & pallâ, hæc virtute virili  
Inquit, sum Dominus mentis, bona munera  
mentis  
Gratus habe quæcunq; animo sunt condita nostro:  
Scripturam disciplinam, sermonis amorem;  
Sit natus comis, gracilis facilisq; disertus,  
Naturam noscat cœliq; soliq; marisq;.

Palladis

Regi rýomta tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.j/

Pallad  
Fortia  
Verbe

FOB  
Ver

Ornar

Aurea

Res &

Atq; v

Excuti

Et fort

Tædas

Coniu

Hæc ti

Dona

In natis

Q Va  
R

Laudes

Diuitia

Cælo c

Vt tibi

In thala

Inquit;

Palladis ingenij nostra benè tinctus odore,  
Fortia verborum gnarus confringere telo  
Verbera, virtutum linguæq; inuicta beate.

VENVS.

**F**OEmina dein nitido producere, tertius, ore  
Verba puellari dulci testudine fatur:  
Ornamenta Diis soleo conferre pudicis  
Aurea, magnorum vestesq; parare virorum,  
Res & odoriferas herbarum extrudere succo  
Atq; voluptatem membris inducere honestis;  
Excutio mœstos iuuenum de corde dolores,  
Et fortunatas facio per membra cremare  
Tædas & multos cumulo virtutis amicos  
Coniugio, Sponsæ synceras imbuo flammias.  
Hæc tibi pro candore pio venerande minister  
Dona paro, semper tali sis munere dignus,  
In natis, in corde tuo, in dominæque maritæ.

SOL.

**Q**Vartus sublimi forma decoratus Apollo,  
Rex animæ vitalis, amor, lux, gloria, splendor,  
Laudes, imperium, magorum nomina regum,  
Diuitias, decus & vitam donare paratus,  
Cælo qui nostri nos misit luminis autor,  
Vt tibi musarum studioso, Carolianum,  
In thalamos puros ferremus nomen & omen  
Inquit; purpureis pro floribus ista coronent

A iij Serta

Regi nyomta tvényok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

rita  
d aras  
etas  
Sponso:  
onore,  
albus,  
soluens,  
erpunt:  
morem,  
a natos,  
is  
rito,  
q; doloré,

cta datur.

virili  
munera

ita nostro:  
em;

Palladis

Serta tuum caput, vt viuas in nomina magna  
In decus Hunnorum, natorum in pectora natos.

MARS.

**Q**Vintus masculus huc properanter in ordine  
Mauiors

Bellipotens, pharetrâ cinctus benè Bellerophontis,  
Quem penes ipsa quies, est quem penes, imperiorū  
Vis, regum, procerumque, ducum, iuuenumque,  
senumque,

Surgit & ipse etiam Sponso sua munera donat,  
Ingredere ad Sponsam nascantur nomina nostra  
Sic ait: hi Geticos poterint superare furores,  
Quos mihi cœlestis Dominus pro crimine vestro,  
In genus hoc hominum tremebundo milite man-  
dat

Ducere, nî precibus nos nostraq; numina vincant.

IUPPITER.

**A**Lter ab orbe Dei, proprio quem nomine signat  
Iuppiter innumeros aliorum more resoluit  
Verba suos fatus: tua vir tibi religio sit,  
Et patientia, sit morum decorata potestas:  
Censeto officium conserui, serue potentis;  
Censeto fratrem, frater censoris Olympi:  
Iustè censebunt, qui censent munere nostro,  
Munera nostra tene, pietatem, religionem,  
Iustitiam, candorem, fortunamque salutem.  
Sensum præcepti, scripturæ mystica sacræ

Scrinia

Регі з'являється в Матіце Слов. Мартин:  
/316.18.1/

Scrinia nos  
Carmina, &

**P**Roxim

Iure venit, f  
Rugosæ vi  
Orbe decus  
Magni con  
Ornauit, iu  
Vt virtute f  
Per me lon  
Propterea d  
Pro pietate  
His quæ co  
Viue diu, f  
Crimen, &

Sic vbi f  
Sed Sponso  
Virque vir  
Sydereo po  
Atque mar  
Observans  
Quomodo  
Flamma, pi  
Nec san  
Carolio, ga  
Mednensk

Scrinia nosse, Dei perpulpita spargere templi  
Carmina, & in pietate docere senesque iuventam.

SATVRNVS.

**P**roximus ad Dominum candescens vltimus  
ordo,

Iure venit, sua iura toro pro munere portans  
Rugosæ vitæ, cingens iuuenile senili,  
Orbe decus, multos promittens Nestoris annos:  
Magni consilij Deus inquit, consilio me  
Ornauit, iussitque sibi me accedere solum,  
Ut virtute sua virtutes duceret omnes  
Per me longinquæ vitæ dominumq; deumq;  
Propterea quoq; te, quem sic & amauit & auxit  
Pro pietate, bonis, volui donare maritum,  
His quæ concessit nobis diuina potestas:  
Viue diu, sed viue Deo, quia viuere mundo  
Crimen, & ad stygios ducens via cardine portus.

Sic vbi finierant, reuehant sua lumina cœlo.  
Sed Sponsus complere torum pergebat ouando,  
Virque viros fausto lætos seruabat ab ore,  
Sydereo postquam ditatus honore decore est.  
Atque marita sui pendebat ab ore mariti,  
Obseruans quo more valet sociabile vinculum,  
Quomodo tædarum nunquam consumpta crema-  
Flamma, pios qualis deceat coniunctio lecti. (ret

Nec sanè frustra prognata est sanguine claro  
Carolio, gaudet non frustra Sponsa marito  
Mednenski, malè nec Demetri iuncta parente est

Eösze

Regi Nyomtatványok, Matrica Slov. Martia:  
/316.ig.j/

Scrinia

Eōsze tibi, Mauortis honos, decus, ingeniique  
Musarum, & formæ præstantis robore clare:  
Hac pietatis enim lucent insignia Sponsæ,  
Tantus amor castæ Veneris, tantusque pudoris  
Emitat ore decor, virtus, splendorque genarum.

I, iamq; alterius tædarum munera narra,  
I viduas viduis sociando tempora falle,  
I gnaros gnaris thalamis coniungere, nobis  
Sufficit in tenero Sponsis requiescere lecto,  
Sufficit in sueto volupe hoc colludere more.

Non tantus viduis amor est, non tanta voluptas,  
Non decus ingenium castum, non claustra pu-  
doris:

Nec primo viduam coniunxti, summe, parenti  
Igniuomi cœli rector; marcescit opimis  
Rebus amor viduæ, fallendo deperit; vnquam  
Vix imbuta recens poterit deponere odorem  
Testa semel: sed cuique suum linquamus amo-  
rem:

Sit modo perpetuâ tibi regula mente reposita,  
Si pius es; nunquam nummos pro coniuge ducas  
Si viduam ducis, nummorum id gratia iussit.  
Si nummos ducis, nummi tibi Sponsa marito.  
Quid peius nummo? curarum maxima moles  
Nummi, mors nummus, dolus impietasq; nefasq;  
Ergo si Sponsam vis ducere, duce puellam.

ALIVD.

Regi rymtatvnyok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/



Dux  
Hic vbi  
Hic v  
Causa su  
Qui  
Post vari  
Sum  
Omnia c  
Cano  
Miles vt  
Hosti  
Nauita s  
Nec v  
Sed de P  
Sume  
Vt res di  
Sola  
Quare fl  
Præm  
Sic tibi M  
Dign

# ALIVD.



Cire cupis, <sup>quare</sup> Diuini seruus honoris  
Hoc tristi tædis tempore latus eat?  
Hic vbi ruricolæ vastam vallare ruinam  
Dux Geticus stricto dente paratus adest.  
Hic vbi sunt lachrimæ, dolor & metus orbis & Or-  
Hic vbi: Vulcanus tristia fata ciet. (cj)  
Causa subest: multum peregrinis alsit in oris  
Qui modò ius celebrat connubiale toro.  
Post varios casus, post tanta pericula virtus,  
Summum viuaci tempore scandit iter.  
Omnia difficili sunt circumducta cothurno  
Candida, Diû multo pulchra labore grauant.  
Miles vt obiectum Mauortis tollat honorem,  
Hostibus in medio corque caputque locat.  
Nauita sic magno scit transira ciere periclo,  
Nec venatori cura relicta leuis.  
Sed de Pegaseâ labris sitientibus vrna  
Sumere sacrorum munera pondus, onus.  
Vt res difficilis sic paucos ornat habendo,  
Sola tamen semper nectaris instar erit.  
Quare florebit iusto diademate victor.  
Præmia virtutis gnauius habebit honos.  
Sic tibi Mednenski viuacis gloria famæ  
Dignus honore domi: dignus amore foris.

B

Fortiter

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martia  
/316.ig.j/

geniique  
clare:  
nsæ,  
e pudoris  
e genarum.  
narra,  
e,  
nobis  
cto,  
e more.  
ta voluptas,  
ustra pu-  
parenti  
is  
vnquam  
orem  
nus amo-  
eposta,  
niuge ducas  
iussit.  
marito.  
moles  
sq; nefasq;  
m.  
ALIVD.

Fortiter Andream quia fortia nomina portas,  
Ardua per præceps gloria vicit iter.  
Propterea iuste Diuum pater atque hominum rex  
Iuppiter, hunc iusto munere ditat, amat.  
Namque ubi Leucoreis doctus rediisset ab oris,  
Et regeret Gõnczi candida sceptræ Scholæ:  
Officio fultum maius decus, euocat, huius  
Pannoniæ seruum gloria prima vocat.  
Gloria Pannoniæ Dux præstantissimus Heros  
De Bathoreus studio fautor vbique pio,  
Quem penes arbitrium regni potiorq; potestas  
Afflicti, cuius nomen in orbe bonum,  
Hunc vocat; & sacro confirmans ore ministrum  
Varnouiæ domui præficit & statuit.  
Sic properè tanto postquam se cinxit amictu,  
Et fieret versâ dignior inde vice;  
Curarumq; domus quando exanthlare labores  
Deberet, studio præpedimenta sacro:  
Iussa Dei sequitur primis inscripta lituris,  
In paradisiacis flore virente locis.  
Sic ubi: Mortales non est benè viuere solos,  
Iungamus simili conditione pares,  
Liturgi natæ præstanti corpore castos  
Liturgus puris fert thalamis thalamos.  
Felices animos, quos sic Lucina Dearum  
Mater ab egregiâ nobilitate beat.

Quos

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.1E.J/

Quos fouet  
Velle qu  
Ergo tibi m  
Mednico  
Namq; tibi  
Namq;  
Namq; tibi  
Namq;  
Doctus era  
Cui dec  
Doctus &  
Sacra si  
Huius nata  
Casta,  
Qualis eni  
Consu  
Accipe iur  
Sit vob  
Viuite feli  
Ambo  
Nunc cad  
Martis  
Classica p  
Nulla  
Non hîc  
Ista vir

Quos fouet & similis lecti coniungit amore,  
Velle quibus simul est, nolle quibus simul est.  
Ergo tibi merito tantos gratamur honores  
Mednicene, tui lausq; decusq; soli.  
Namq; tibi Catharina viro virtute secunda,  
Namq; tibi Sponso Sponsa pudica datur:  
Namq; tibi pastoris amor, venerande minister,  
Namq; tibi docto, sat benè docta datur.  
Doctus erat Caspar Sponsæ pater, ore venusto  
Cui dederat Dominus verba sacrata loqui.  
Doctus & haud tali, quis dignus nomine, quale  
Sacra sibi patriæ pagina versa dedit.  
Huius nata tibi sat digna marita marito,  
Casta, pudica Deo, casta, pudico viro,  
Qualis enim stipes, tales protrudere gemmas  
Consuevit, fructus arboris arbor erunt.  
Accipe iunge toro sociam sociabile vinclum,  
Sit vobis eadem cum pietate fides.  
Viuite felices læti superate dolores,  
Ambos vos mortis ianua fera tegat.  
Nunc cadat hic Geticus tremor, & metus exulet o.  
Martis honorati mittite bella viri. (mnis,  
Classica pulsa neget bene cinctus Apolline miles,  
Nulla loci caries, nulla soli macies.  
Non hîc mœsticiæ locus est, generosa corona,  
Ista virum tristes expulit inde vices.

B ij Hymen

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

Quos

Hymen ab Vraniâ cœli deducito carmen  
 Lætior & suetos vrge crepare sonos.  
 Ecce nouem virtute, pares animoque sorores,  
 Ecce viro sociam confociare ferunt.  
 Vt Deus hunc dextrâ: Dea sic dignata cubile est:  
 Dexter & ingenio, dexter & est thalamo.  
 Iam poterit tutò diuinos voluere libros,  
 Officio poterit ritè vacare suo.  
 Cura quid impediât nihil est externa marita  
 Excipiet, faciet vir facienda Deo.  
 Hic finis post tot docuit quos sacra litura,  
 Medicene, tuo candidus in thalamo.  
 Ipse scio, quali à Christo ditaris honore,  
 Ipse scio, quo sis de genitore satus.  
 Solue Deo grates, pro munere solue patrono,  
 Hi poterint nostrum tollere ad astra decus.  
 Viue Polo dux, viue solo de stemmate Bathor,  
 Inclyta Pannoniæ sit tibi salua domus.  
 Viue & commissos studio pietatis alumnos  
 Imbue, sic fies sydus in axe poli.  
 Laude feres Dominum tibi cœlica regna parabis;  
 Perpetuâ Doctor laude superstes eris.  
 O vtinam plures hæc Pannona terra foueret,  
 Qui fierent similes conditione tibi.  
 Plures Mednenski pluresque forent Legedini,  
 Plures sincerum dogma secare Dei.

Sed

Regi nyontatványok, Matice Slov. Martin:  
 /316.ig.j/

Sed iam  
 Hyme  
 Flaminis  
 Flame  
 Dicite fla  
 Flami  
 Sic teneas  
 Hoc t

S Inuof  
 Resid  
 Patrio  
 Tibi sup  
 Benè  
 Decor  
 Tibi natu  
 Truci  
 Precib  
 Modò reg  
 Modò  
 Tuus  
 Igitur fac  
 Fauca  
 Simul

Sed iam sacratus coniungit fœdere flamen  
Hymen & in cæpto carminis vngue crepat.  
Flaminis hic magni formâ præstante puellam,  
Flamen habet nuptum, dicite flamen habet.  
Dicite flamen habet costam de flammis ossæ,  
Flamineum à tali semine semen erit:  
Sic teneas, quare diuini seruus honoris,  
Hoc tristi tædis tempore lætus eat.

### VOTVM APOLLINIS.

**S**Inuosus niuea in vallibus alme  
Residens sede puellas moderando,  
Patrio nomine dignos pueros qui voluisti.  
Tibi supplex chorus à montibus Indi,  
Benè semper reuiescente capillo  
Decoratus, sapienti piper & donat aroma.  
Tibi natus potior Bellerophonte,  
Truci & Os confidens ære Chymeræ  
Precibus fert sacra Naxi pietatemque pudorem.  
Modò regnat sacer ille ordo Dianæ,  
Modò flamen Iouialisque Mineruæ,  
Tuus ardet Catharinæ thalamos excipere An-  
Igitur fac faueas præses amoris, (dras.  
Faucat pronuba Iuno tua coniux,  
Simul & sufflet amantûm nitidi pectoris ignes.

B iij

Pia

Regi nyomataványok, Metica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

Sed

Regi Nyomataványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

Pia casto niteat Sponsa pudore,  
Vigeat Sponsus amico almus honore,  
Ita longos benè culti superent Nestoris annos.  
Neque sint irrita post fœdera lecti,  
Neque turpi Veneris sparsa capillo.  
Decorato hinc reuifescat nitidus furculus igne.  
Poterit Piereos ducere cœtus,  
Poterit Carolium attingere nomen,  
Sacra qui pagina magnum sibi post fata parabit.  
Validus vir valido robore fulsit  
Proceres Hunniades inter honestos,  
Veluti clarus Apollo medio lucet in orbe.  
Vtinam nunc etiam corpore præsens  
Valuisset sibi coniungere binos,  
Tibi patriq; sacrato manibus ferret ouantes.  
Tamen adsis precibus rector olympi, &  
Thalamum Virginei sume pudoris;  
Patrio ut crescat honori, Geticos tollat & ausus.

Andreas Mudronius Rector  
Scholæ Varonowiensis.

## ALIVD.

A Onides quondam sinuosis vallibus Idæ  
Conuenère Deæ platani reuidentis in umbra,

Iuno,

Iuno, Ven  
Ipsa etiam  
Proger  
Quæ man

Fœmina?  
Subridens  
Eois dixit  
Est CAT  
Moribus,

Namque i  
Inter pam  
Sic nitet il  
Felix co  
Felix flau  
Obtulerit  
Hos Deus  
Concedet

Iuno, Venus, rutilos tractantes pollice crines,  
Ipsa etiam Pallas Tyrio vestita decore.

Progenies Iouis hinc placido sic fatur ab ore:  
Quæ maneat nostrum adiutrix recolens nemus

ANDRAS

Fœmina? coniugio deceat quæ digna maritum?  
Subridens, nec enim poterat restinguere risum,  
Eois dixit Cytherea ornata capillis:

Est CATHARINA suis respondens nomine puris  
Moribus, ANDREAE hæc thalamos exornet aman-  
tes

Namque ita glandiferas velut erigit Eurus oliuas  
Inter pampineas Tyburi nascentia vites  
Sic nitet illa alias inter pietate puellas.

Felix coniugium, felix onus, illud amantum,  
Felix flauentes Cereri dùm rusticus herbas  
Obtulerit pingues; nec non noua vina Lyæo,  
Hos Deus innumerâ ditabit prole nepotum,  
Concedetque annis rugosis Nestoris uti.

Matthias Mednenski  
natu minimus.

F I N I S.



Regi nyomta tványok, Matrica Slov. Martia:  
/316.ig.1/

316.ig.j.

Régi nyomtatványok, Matica Slov., Martin:

3.cim: Sign.: SE - 503, 1436, 1624, 2094.